

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALE,

D E

A N A S A R C A.

ETAT MEDICUM

IN AUREA LANA

DE

ACADIA

600 D.

ANNVENTE SUMMO NUMINE

Ex Augustis Reateundis auctoribus Aliis

D. GUILIELMI ROBERTSONI. S. T. P.
ACADEMIA EDINBURGENSIS PREBECTI;

NEC NON

Academia SENATIS ACADEMIAE EDINBURGENSIS

Et societatis FACULTATIS MEDICAE decoloris

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISSA IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

RIETE ET REITIME CONSERVENDIS;

EUNDIS EXAMINI PUBLICIS

JOHANNES PLASANUS.

Anglo-BRITANNUS.

SOC. CP. MED. EGRI. S. H. EC. PISE. AV.

— — — — —
ARTICULUS
— — — — —
MEMORIAS SCIENTIAS
— — — — —
GALLIAE TAPPIAS

AD DIEM 25. IUNI. MOTU LOCODAEI FESTA

EDINBURGH:

ABRAHAM TOWER ET SVELLE

Academie Typographorum.

MDCCLXXXI.

9

TENTAMEN MEDICUM,
INAUGURALE,
DE
ANASARCA.

QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S. S. T. P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

N E C N O N

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;

PRO GRADU DOCTORATUS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit

JOHANNES PLEASANCE,
ANGLO-BRITANNUS.

Soc. Ch. Med. Edin. S. H. et Praef. Ann.

Quis talia fando—
—temperet a lachrymis?

VIRGIL.

Ad diem 25. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURG I:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXI.

ТЯЖЕЛЫЙ ТИП
ГЮНГМОНТ
АКАДЕМИЧЕСКАЯ
АРТИСТРИЧЕСКАЯ
АДИНЕСА
АКАДЕМИЧЕСКАЯ
С. П. А.

JOHANNES PILATES
Cum mecum, ut illipsum, dum pere-
ficio in me confidence omicim pinguem ca-
racterem in eum e pinguem
adversus, quia te officium excellit pinguem,
impunit tamen haec duxit carmine
dum contigit, pinguem, officium pinguem
hunc pinguem motu impunit, dum pinguem ex
eum omnino motu impunit, cum pinguem
contingit in carmine pinguem, cui
pere, dum pinguem pinguem, non
pere, dum pinguem pinguem, cum pinguem
religare non possit, dum pinguem, non
debet nullum pinguem, dum officium pinguem
occidit, et natus
exstinctus, dum officium pinguem
est. Unde multum pinguem
eum, dum pinguem pinguem, locutus
is, molli, dum pinguem pinguem, officium
eum, dum pinguem pinguem, pinguem
fons et exsuffratio, dum officium pinguem
tunc, pinguem pinguem, et pinguem pinguem
componunt, subiecta pinguem, et ad omnia pinguem

percutit. Vale.

PRÆCEPTORI SUO ERUDITISSIMO
THOMÆ YOUNG, M.D.
ARTIS OBSTETRICIÆ IN
ACADEMIA EDINENSI
PROFESSORI,
S. P. D.

JOHANNES PLEASANCE.

Cum mecum, vir illustrissime, quot beneficia in me conferenda amicus privatus curaveris, quantumque fructus e praelectiōnibus tuis, super re obstetricia, excellentissimis, quas ab initio ad finem usque quater audire mihi contigerit, percepserim, attentus reproto, te ex omnibus mortalibus, quibuscum aliquid familiaritatis amicitiaeve mihi intercedit, cui hoc, qualemque sit, dedicem opusculum, non feligere non possum, praesertim cum metus sit, ne nulla posthac alia grates, quas optime meritus es, tibi persolvendi subministretur occasio. Onus maturum utero molliter auferre, et mala, quibus sexus objiciatur foemineus, nimis numerosa, feliciter levare diu pergas, fama et existimatione, quas artis propriae notitia, benevolentia, et humanitas tibi jure comparunt, indies auctior, et ab omni parte beatus. Vale.

Dabam Edinburgi pridie
Idus Junias 1781, §

Dr Duncan
with most respectful
impts from his affectionate
upil

The Author

TENTAMEN MEDICUM,

INAUGURALIS,

DE

ANASARCA.

MORBI quibus corpus humanum subjicitur, ut nobis nosologisti demonstrarunt, admodum sunt multi, alias alio dissidens, ac assidue inter se se connecti obnoxii, quo magis mirum homini medica scientia praedito videatur, se adhuc ab uno vel altero eorum immunem vixisse !

Morbi qui subito irrumpunt, quorum symptomata violentiora sunt, cursusque rapidus, omni aevo attentionem observantis excitaverunt, ac instanti ope medici eguerunt ; hinc est, quod eorum causae

A

magis

magis accurate fuerunt exploratae, ac remedia melius stabilita, quam in his, ubi mors gradatim ac insidiose appropinquit, ubique symptomata primo nihil periculi exhibent, etiam si saepe ad mortem postremo ducant. In ordine priori, morbus ad mortem aut sanitatem cito tendit; ac saepe, si appetitus naturae non repugnati fuerint, in medelam sui ipsius laborat: In posteriori autem morbus tempore inveterascit, vires vitales paulatim marcescunt, et aegrotus, omnem medicinam deludens, quod restat vitae curriculum inter ejulatus ac miseras agit. Classi morborum jam dicta, Hydrops-anafarca merito, me judice, ad numerari potest, quae, ob symptomatum vim, diuturnitatem, ac saepe iradicandi impotentiam nostram, mihi videtur inter morbos, qui curam medici praecipue postulant, non inferiorem locum tenere. Aretaeus enim rite observavit, ' Medicum totum hominem permutare debere, si ipsum curare velit.' Hunc igitur morbum, variis rationibus inductus, pro dissertatione his

nis inauguralis materia selegi. Non vero mihi assumam, quasi aliquid novi hac de re edere possim; ter felix egomet, si, quando ex spectatis scriptoribus ea quae ad praxin utilissima visa sunt, selegero, ac hocce opusculum ad finem perduxero, modulus medendi ut verae theoriae ac causis morbi nixus, vobis, doctissimi ac semper venerandi Praeceptores, gratus fuerit.

HISTORIA MORBI.

Nulli corporis habitui adeo infestus est hicce morbus, ac laxo et debili. Corporis temperamentum, in quo saepissime impetum facit, phlegmaticum est. Nulla aetas ejus expers est; at raro infantibus, majoribus vero natu frequentius, invadit. Anuentibus plerisque scriptoribus, duae de tribus anasarca laborantium quinquagesimum annum transegere; attamen illustr. Professor Home, in praxi sua extensa, ac felicissima, notavit, minores natu frequenter hoc morbo corripī. Huncce morbum impri-

mis

misit talorum pedumque intumescentia, indicat*; si aegrotus praesertim multum per diem ambulaverit, situve erecto per aliquod temporis spatium manserit, etsi frequenter in hominem minime de die exercitatum incidat. Tumor hic naturalem partis colorem plerumque retinet, et impressi digitii vestigium relinquit †; auroram vero versus evanescit, dum per noctem in situ horizontali decubuerit aeger. Corpus jam magis quam solito exercitatione defatigatur, sitis paulatim increscit, et urina pro quantitate ingesti liquoris parce nimis mittitur. "Aeger, in partibus quas morbus obsidet, mole augetur: In reliquis magis magisque indies emaciatur et gracilescit ‡," &c. Brevi tumor ad partes superiores ascendit, magisque fit stabilis; urinae quantitas minor, et plerumque fit.

* Hoc saepissime fit; tumor autem partibus aliis arrumpat, et per totum inde corpus sese diffundat.

† Foveae a digitorum impressione in surarum parte inferiori sub noctem imprimis conspicuae. Vid. Sydenham. de Hydrope.

‡ Sydenham, de Hydrope. * Vide Dr. Dousis de Wey.

plerumque limpida evadit; eundem attamen colorem saturate rubrum, ac in hydroscopicis aliis collectionibus saepe ostendit. Proth grediente morbo, tumor ad coxas, lumbos, ventremque quasi ~~tex~~ traduce propagatur, cellas tandem organaque procul remota vehementer distendit. In media sternum et celas supra pulmones sitas, tadi manus faciemque postremo penetrat. Palpebrae ita aliquando aqua tumescunt, gut visus omnino hebescat; progressu morbi, totum corpus aquae copia corripitur, partibus magis dependentibus maxime extensis; aqua per cutem aliquando cuticulamque iter sibi facit, alio in vesiculos cuticulam elevat; fluidum emissum aliquando tam limpidum est, ut lucem parti admotam transmittat, ac spectanti in commodo situ accurate observanti, pars anasarcae illuminata maxime transparens videbitur; licet aliis, at raro, collectiones summae spissitudinis inventae fuerint*. Ut tumor se diffundit, urina fit turbida,

* Vide Dr Donald Monro on the dropsy.

turbida, et colorem ferosum induit; respirandi difficultas, frequenti ac sicca tussi et anxietate concomitata, jam supervenit; aegroto in situ horizontali posito, somnum praeveniendo, valde molesta, et sic aegrotans a temporario solatio, illum magnopere refocillante, deprivatur. Cutis magis solito arida fit, interdum perlucida est, sentiendi facultas calorque superficie naturalis diminuuntur, et respiratio inertior magisque languida fit; maximeque impedita respiratione, aegrotus thorace erecto sustinendus fit. Pulsus, qui initio naturales erant, nunc parvi, frequentes, et irregulares evadunt; debilitas et languor magis magisque augentur; fitis intolerabilior fit; ac solidorum ciborum appetentia deest. “Aliquando in tibiis apparent maculae et vesiculae, quae in ulceraria insanabilia degenerant *.” Laborans morbo nausea frequenter vexatur, insensibilis saepe vel comatosus fit; urina faecesque, aegrotante infcio, emittuntur; deliquium animi.

* Vide Principia Medicinae celeb. P. Homē.

animi plerumque supervenit; morsque, quam jam implorat ipse aeger, exoptant amici, mortalitati ac miseriae finem imponendo, tragediam claudit. Si morbus absque ope medicinae felicem habuerit finem, haud raro ex magna urinae evacuatione, majori vel minori febris gradu comitata, procedit. Ut plurimum infauste terminatur ex impedita respiratione, indeque pendente sanguinis circuitus obstructione. Hae quidem functiones non semper ad rationem voluminis externi tumoris impediuntur; etenim analiecta medica testantur, rupturas locum obtinuisse, dum memoratae functiones minime affectae fuerint; et, e contrario, parva licet externa intumescentia, magnopere nihilominus illae perturbatae fuerunt. Etsi aliae fuerint secretiones diminutae, alvi tamen evacuatio minime impeditur; postremo autem constipatio supervenit. Cum maxima siti, lingua humida tamen manet; et tum demum arescere incipit, quando progressu morbi febrilis affectionis symptomata· appropinquaverint. Hunc cursum tenet ana-

farca

3 DE ANASARCA.

farca gradatim inducta ; verum enim vero una nocte illam irrepsisse novimus *, uti ex observationibus summorum virorum Sauvagesii et Home abunde constat.

Araeteus hujuscē affectionis historiam verbis paucis eleganter comprehendit †.

DEFINITIO.

Summa adhibita ingenii nostri cura ac solicitudine, nulla aptior visa est definitio ea quam nobis tradit illust. Cullen, medico-rum decus ac heros. “ Corporis totius vel partis

* Vide Sauvag. Nosolog. Method. vol. 2. p. 472.
Praelect. Clinic. Celeb. Home et Gregory.

† “Omnibus,” inquit, “ inest pallor, spirationis difficultas, tussis. Diversis temporibus segnes sunt, pigritia multa, a cibo abalienatio, et, si aliquid adsument, quamvis modicum et flatu carens, nihilominus valde inflantur ; distensiones patiuntur ; citra madorem eorum corpus est ; idcirco neque in balneis sudore madescunt ; praeterea albidi sunt et effeminati ; somni graves sunt, torpentes, breves, animi deliquium, circa minima quaeque sollicitudo, vivendi cupidas ;” Lib. 4. cap. 1.

partis ejus intumescientia mollis inelaistica ;”
*Nosol, Method. Cl. 3. Cachexiae**; *Ord. 2.*
Intumescientiae.

DIAGNOSIS.

Morbi praecipua signa sunt : Primo, tumor discolor, foveam imprementis dorsi retinens ; 2do, Urinae defectus ; 3tio, Sitis, ac quarto respirationis difficultas. Ultima tria huicce, aliquique effusionibus ferosis, communia sunt ; adeoque, absente primo, morbus non adest ; hoc fere necessitatem diagnostin ulterius extendendi praecluderet.

Anasarcam ex tumoribus oedematosis, in cruribus convalescentium atque mulierum utero gerentium, dignoscimus, per urinae inopiam quam induit, per sitim qua comi-

B

tatur,

* Cachexiam proximam esse ad hydrops gradum, constans antiquissimorum medicorum fuit assertio, qui inde, in suis de re medica monumentis, post cachexiam statim de hydrope agere consueverunt. *Vid. Hoffman de Hydrope.*

tatur, et ex rebus manifestis, in multiplicibus aegrotorum convalescentium querelis. Sydenhamus, cum de signis hydropis ad propinquantis loquitur, sequentia habet? “ Neque tamen in viris ejusmodi tumor hydroponem certo indicat; etenim, cum senex quipiam, habitu corporis paulo plenioris praeditus, asthmate jam a multis annis laborans, ab eodem derepente, idque hiemis tempore, fuerit liberatus, mox ingens tumor musculos tibiarum occupabit, hydropticorum tumoresbaemulans, niqui hieme etiam magisquam aestate, tempestate magis pluvia quam serena, pariter invalescit, et tamen, sine quo vis incommode insigniori, eundem ad libitinam usque comitabitur.” Anasarca a tumoribus ex erysipelate orientibus dignoscitur, coloris dissimilitudine, vario modo quo impetum facit, et absentia febris, saltem violentioris, quae affectiones erysipelatas semper fere comitatur. Anasarcae non lividus ille est color, qui ecchymosin prodit; et in hac praeterea nulla lotii inopia aut praeter naturale bibendi desiderium adest.

Sed

Sed ut aqua in hydrope non semper pura effunditur, absente igitur pelluciditate, non concludere licet pro certo, morbum non hydrope esse; enarrat enim Doctor Donald Monro celeb. * se hydropicorum a quam viridem, fuscum, et sanguineo-rubram vidisse, immo nonnunquam etiam lacte illam similem fuisse. Colore, siti, gingivis aridis, ac salubri spiritu, a tumori bus scorbuticis distingui potest. Illam quoque ab aere in membrana cellulari collecto, paucitate urinae, digitij impressione diurnamente, et ad tactum flacciditate, elasticitate illi peculiarique emphysematis sonor crepitanti opposita, distinguimus. Ex obesitate nimia corporis, anasarca signis variis in historia ejus saepius jam dictis facile discernatur, mutatione loci situ, partes inferiores primo aggrediente, celeriter ascidente, et evintumentia adiposa impressionem digitij non retinente. Circa finem graviditatis, ut tiboni nivem regredire, antea

* Vide Dr. Donald Monro on the Dropsy; et e. si. tiam Bassi Observ. med. dec. 2. observ. 7.; et Hist. de l'acad. des sciences, 1700—1710.

antea notatum fuit, crura subinde valde tumescunt, et revera oedematosa sunt; peracto vero partu, hicce tumor, ex causa definita pendens, brevi evanescit ; et ut intumescencia haec gestationis tempore nata, pauloque post sua sponte abiens, nil ominosi portentat ; sic, qui illam radicitus tollere tentat, inanem non modo verum et perniciosem operam ludit. Tumores, etiam si in cruribus convalescentium spuriam quandam anasarcae speciem constituant, tamen ut morbus non verus ille est, cui genuinae anasarcae adfinximus ideam, nec urgentibus illis symptomatibus stipatur, quorum in historia morbi nostri mentionem fecimus, sed omnino ex debilitate pendet, a causis vulgo excitantibus immunis, distinctio inter hosce morbos multum non facessit negotii. Quum vero spuria haec cruralis anasarca univalem morbum nonnunquam praefagiat, procul dubio systemati roborando, et causae morbi tollendo, opera danda est. Aliis antiquorum placuit, inter anasarcam et leucophlegmasiam distinguere; sed mihi distinctio adparet

adparet in gradu affectionis tantummodo esse, quae de causa minus necessarium duxi, amplius in hac dissertatiuncula de ea dicere.

CAUSÆ REMOTÆ.

Causæ hujus plerorumque mōrborum remotæ, rite in praedispontentes ac excitantes dividantur.

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

Quidquid ad vires corporis assimilatrices perturbandas tendit, anasarcae portam aperit; hae etenim facultates cum tono ac vigore solidorum, haecceque iterum cum statu virium vitalium, vel energiae nervosæ, arcto connectuntur vinculo. Globuli rubri sanguinis, quam ulla alia pars massæ circulantis, magis in processu animali progredi adparent, et in bona valetudine proportionem bene aptam ad reliquas partes constituentes

constituentes gerunt; eorum excessus, vi-
gore et agilitate facultatum motuentium,
ac solidorum simplicium firmitate, exerci-
tatione praecipue adhibita moderata, ple-
rumque comitatus est. Ubi vero deficiunt,
corpus languidum fit et imbecille, vires vi-
tales diminuta evidentur, solidaque flacci-
diora evadunt; sed leucophlegmatica est
auctorum diathesis quae ad anasarcam prae-
disponit. Quaecunque ligitur ad hancce
augendam inducunt, propensionem ad mor-
bum etiam augebunt; sed, ut illum debi-
lem necessario statum esse oporteat, imbe-
cilles ghasce esse vires ita necesse etiam est;
quodcumque ligitur ad laxitatem in solidis
simplicibus, sive debilitatem aequam in vi-
talibus gignendam conductit, praedispositio-
nis causa sit. Senectus, coelum madidum,
vita sedentaria, debilitatem tenuemque
fluidorum statum inferunt; fibrarum laxi-
tas, congenita vel acquisita, ab immodico
et nimis frequenti more liquores ingurgi-
tandi spirituosos, vel ex diaeta tenui, par-
ca, et aquosa, aut validioribus drasticis, fa-
livationibus

livationibus crebris, haemorrhagiis profusis, &c. inducta, omnia ut causae praedisponentes agunt. Iniquae sortes vitae, diuntur num vehementemque moerorem inducentes, sine dubio inter hasce causas enumerentur. Totius systematis nervosi, et nefario cunctarum functionum cum ea nexarum, vim minuunt; nullibi tamen tantum habent effectum, bac in stomachum aliaque viscera abdominalia. Digestio impeditur; chylification non bene peragitur; et bonus sanguis, ad robur corporis adeo necessarius, non sufficiente quantitate elaboratur. Causa hujuscemorbi in genere sanguinis debilitas est; unde alimento quod forinsecus importatur in substantiam suam convertendo non jam spar, idem in extremitates et pendulas corporis partes explodere necesse, mox in abdomen etiam f. Ipsa et iam sanguinis circulatio aliquo incommodo afficitur; motus cordis neque tam

* Praelect. de Institutionibus Medicinae celeb. Prof.

Gregory.

f Vide Sydenham, De Hydrope.

tam rapidi, nec tam validi sunt; hinc obstrunctiones in visceribus abdominalibus facile formantur, praesertim in hepate et splene; et vasa harum partium, nullis valvulis instructa, tanto magis iis obnoxia sunt. Foeminae huic morbo magis quam viri expositae sunt, non tantum ob laxitatem, ex vita magis sedentaria inductam*, sed quia saepius quoque alios causarum excitantium objiciuntur. Speciem hanc hydropis interdum ex praevalentia tenuiorum sanguinis elementorum oriri suggestum fuit; etiam si vero generalis naturalisque laxitatis praecedentis et debilitatis in simplicibus solidisque vitalibus effectus sit, ex casibus tamen fortuitis in corporibus aliter sanis nonnunquam fortasse proveniat; et sic multa exempla exstant hydropis subito irrumpentis, serosis obstructis evacuationibus; attamen in his etiam, aut retentione rei alicujus noxiae, quae expelli destinata fuit, vel quave causa latente, vis vitae gradatim languescit, solida tonum amittunt,

collectiones

* Vid. Ramazzini de morbis artificum.

collectiones aquosae indies progressum faciunt, et magis magisque inveterascunt.

CAUSÆ OCCASIONALES.

Hæ tam numerosæ, tamquæ accurate descriptæ digestæque ab illustr. Culleno sunt, ut vestigia tanti viri præmerè laudi mihi ducam.

Tabula causarum hydropis excitantium.

Serosi laticis accumulatio hydropem efficiens, oritur, ex,

I. Effusione, quæ fit

i. Exhalatione aucta; haec iterum a

A. Resistentibus venosi, sanguinis recursu;

a. Obstructionibus,

b. Pulmonum,

c. Cordis,

d. Sicc. hepatis,

e. Corporis situ,

C

c. Ple-

c. Plethora venosa,

aa. Suppresso menstruali fluxu,

bb. —— haemorrhoidalii,

cc. —— evacuationibus ferosis.

d. Obstructione venarum quarundam,

aa. Concretionibus ipsarum polyposis,

bb. Compressione,

cc. mutanda: Tumoribus tunicis earum haerentibus,

dd. —— extra venas,

aa. Schirrosis,

bb. Steatomatosis,

cc. Utero gravido,

dd. Aquae propter ascitem collectae.

B. Obstructis per excretoria fluidis;

C. Impetu sanguinis in arteriis aucto,

a. Vi externa, ut distentione vel contusione,

b. Febre.

D. Ex-

D. Exhalantium relaxatione, propter,

a. Paralyfin,

b. Atoniam universalem, ut chlorosi, cachexiaque.

E. Partis aquosae, sanguinis quantitate aucta,

a. Ingesta,

b. Retenta propter excreta impedita,

c. Partis crassioris abstractione, ut,

aa. Globulorum rubrorum et glutinis haemorrhagiis,

bb. Glutinis ab evacuationibus serofis vel purulentis.

2. Ruptura lymphaticorum,

3. Saccorum aut vesicarum.

II. Retentione et accumulatione fluidorum naturaliter effusorum, propter diminutam absorptionem,

1. Venis partium lymphaticis carentium obstructis,

2. Ipsis lymphaticis, vel glandulis eorum obstructis,

3. Paralyfi lymphaticorum.

Quoniam

Quoniam de variis hisce causis differere, opusculum hujusmodi ultra limites duceret, et cum instituti ratione minime congrueret, pauca tantum de iis dicenda sunt, quae ad anasarcam idiopathicam pertinent. Cellulae telae cellulosa, variaeque cavitates in corpore humano, anatomicis et physiologis diu notae fuerunt. Ad fluidorum in illis inventorum naturam autem non attenderunt, nisi quando in quantitate morbida collecta fuerint; praecepsque per conclusiones stabilitum erat, fluida in illis omni tempore mere esse aquosa, vel serosa, ab arteriis separata, per venasque rubras statim redditura. Hae utcunque sententiae a peritis anatomiae atque medicinae diligentiter perscrutatae fuerunt, ac pro factis physiologiae indubitabilibus adoptatum fuit, ut sanguinis lympha, fluidusve consimilis, liquor sit naturalis, per arterias lymphaticas effusus, in venasque rubras translatus, absorbentium vasorum intervenientium instrumento, quae lymphatica valvulosa adpellantur, ex variis in corpore cavitibus, cellulisque ejus medii-

universalis connectentis surgentia, in ductum transientia thoracicum, in anguloque inter jugularem intimam; sinistramque subclavianam venam, desinentia. Cum fluidum in hisce cavis naturaliter effusum more solito non restituitur, accumulat, quodque vocatur hydrops producit; cum hocce in cellis membranae cellularis subacute vera accidit, species hydropis illa, anasarca nominata, oritur. Inter causas diminutae absorptionis tabula insertas, obstructio venarum, partibus lymphaticis parentibus, enumeratur, neque possum, neque auctoritatem tam venerandam negare volo. Tantum animadvertisendum est, ut quo usque ab analogia ratiocinari liceat, lymphatica esse in cerebro aequa ac in aliis partibus suspicaremur, quamvis rationem eorum reddere non valeamus; nam vel venas rubras ipsas non absorbere, aut etiam absorbentia in ipsas haud omnino terminare, observationes et argumenta Cl. Monro* et Hewson † ultra

dubium

* Vid. Monro de venis lymph. valv.

† Vid. Hewson on the lymph.

dubium ponunt. Plura de hacce re dicere
haud mihi convenire puto ; quando viri il-
lustres inter se se differunt, non meum est,
qui tantum sum tyro, inter illos dijudicare.
Causae omnes jam recensitae, sub praedispo-
nentibus, excitantibusque, modo sequenti
exitus habeant computatos :

I. Aucta exhalatio, naturali manente absorptionis gradu.

II. Diminuta absorptio cum naturali exhalatione.

III. Aucta exhalatio et diminuta absorptio.

Excretiones suppressae, sive naturales sive adventitiae fuerint, anasarcam auctam exhalatione inferre videntur. Lymphatica sive vasa sive glandulae tumoribus schirrhosis vel similibus causis obstructa fuerint, anasarcam absorptionem minuendo inducunt*. Ex sola debilitate hydrops auctam

* Hoc argumentum persequuntur plurimi medi-
corum;

exhalationem, diminuta itemque absorptio-
nem explicat. In Loweri, Bassii observa-
tionibus, commentariisque Gallicis, saccati
hydropis, ruptis lymphaticis, aut eorum
trunko ductu thoracico, exempla habemus;
et quum ruptura in ramusculo uno vel plu-
ribus, aeque ac in maximis systematis par-
tibus absorbentis contingat, rupturam quasi
diffusae causam hydropis possibilem respi-
ciamus.

CAUSA PROXIMA.

Causa hujus morbi proxima in aucta ex-
halatione et imminuta absorptione fluidi
ferosi, communiter consistere videtur. Sola
quidem aquae in tela cellulosa collectio,
pro causa anasarcae proxima habita fuit;
verum enimvero, dum ad praxin respicia-
mus, ejusmodi de natura morbi ideam no-
bis
corum; attamen Monro cl. objectiones ei ratiocina-
tioni protulit, ab exhalatione aucta etiam in hoc ca-
su oriri afferuit.

bis. fingere non licet; etenim experientia liquido constat, effusionem serosam facilius removeri, quam ipse morbus medetur, id quod pathologicae illi regulae adversatur, quae dicitur, quod, sublata causa proxima, tollatur quoque morbus.

RATIO SYMPTOMATUM.

Crurum intumescentia, ascensus tumoris gradualis, penetratio in cellas in superficie organorum interiorum, flaccidum prementis digiti vestigium tarde consurgens, omnia cellularum communicatione positioneque erecta naturaliter dependent.

Urinae paucitas—Ex fluido, urinam in statu fano suppeditante, ad membranam cellularem jam abducto, explicetur. Verisimileque videtur, statum renum infirmum ad eam producendam nonnihil valere.

Cutis valde pellucida, levis, acarida fit.—Per tensionem quam efficit aqua in cel-

lulis collecta, nac per inopiam perspiratio-
nis.

Calor decrescit. — Fluidis extravasatis, tonus vasorum aboletur; et, ut calor cum eorum tono taret conjunctus videtur, sic ex atonia illorum affici quoque illum necesse est.

Cutis insensibilis fit. — Fluidum accumula-
tum non modo in vasa sanguinea, sed etiam in nervos pressura et humiditate, agit.

*Dyspnoea, anxietate, et tussi vehementi ple-
rumque comitata.* — Pulmones premuntur, et cor ac arteriae vigore non florentes, in omnibus suis viis superficiem versus impediuntur, unde sanguis interne accumulatur, et sic memorata symptomata producit. Et si tussis rationem ineamus, ex pulmonum compressione, sanguinisque difficulti per eos transitu, nobis met tamen saepe cogitare licet; eam ex frigore nonnunquam inferente morbum oriri, saepissime vero ac directe ab irritatione exterioris pulmonum superficie, ex motu fluidorum excitari videtur; ex locali etenim hydrothorace satis constat,

motum vel levissimum tuffim violentam semper producere.

Pulsus imbecillis, frequens, ac irregularis fit. — Haecce phaenomena ex debilitate, sanguinis in interioribus accumulatione, et repugnantia praesertim in pulmonibus cordi arteriisque, pendeant. Forsan etiam pulsus abnormis ex mutato situ motu corporis explicari possit.

Situs. — Vel sit sensatio ex quadam fau-
cium conditione producta, vel ex generalis systematis necessitudinibus orta. In priori
casu, ex inopia secretionis ibi, et abductione magna fluidarum partium, explicari debet; in posteriori autem casu, quamvis partium fluidarum abstractio illum exposuit, tamen in stadiis nonnullis pulsus celer, diaeta crassa plerumque jussa, ac forsan etiam fluidi absorptio, cum aucta acrimonia, ut caufae sitim excitantes haud immerito considerentur. Sive existimamus fluida effusa per poros inorganicos, vel per arteriarum extremitates transire, valde per spicium erit, relaxationem debilitatemque solidorum

solidorum lumina illorum augere, unde exitus expeditior partibus massae circulantis magis fluidis permittitur. Hocce fundamento nixi, cutis relaxatione ad sudorem promovendum saepe utimur. Sed, ut pars aquae redundantis in statu sano per latera vasorum, praesertim exhalantium, in membranam cellularem, aequae ac in alias corporis cavitates, continuo iter sibi facit, ad superficiem earum madidam servandam, ita horum fluidorum quantitas necessario augebitur, eorumque de systemate circulanti expulsio expeditius efficietur. Hoc igitur effusionis auctae rationem praebet; sed talis est absorbentium vasorum natura, ut, in corpore sano, actio illorum plerumque quantitati liquoris effusi adaequata est: Ut itaque rationem reddamus durationis hujuscce effusionis, supponendum est, lymphatica etiam debilitatis participes esse, et quod atonia iis communicata suo munere fungi solito vigore amplius nequeant. Hocce autem vim muscularam vel viventem in lymphaticis supponit, quam dum

dum assumamus, auctoritate Monroiana veneranda sustentati sumus *. Haecceque opinio mihi probabilior videtur, quia nulla alia vis fluxum lymphae regularem explicando par est; alterna vasorum sanguineorum musculorumque contractio et relaxatio, ad fluxum hunc lymphae producendum, nec universalis fatis, nec apta est; et attractio capillaris, si locum obtineat, motum tantum incipere potest †.

P R O G N O S I S.

Hancce a causis remotis, duratione morbi, et symptomatum statu, simul ac aetate, vi, et constitutione aegri, deduci necesse est. Si a frigore, aut ullius excreti obstructione, quod iterum restitui possit, initium habuerit morbus, si aegrotus florens aetate infraetaeque constitutionis fuerit, morbusque recens, prognosin secundam caute praebemus; e contrario autem, si scirrhus, polypus, vel ossificatio, inter remotas fuerint causas,

* Praelect. Anatom.

† Vid. Lower de Corde.

causas, aegrotus aetate proiectus, viribusque fractis, sententiam faltem nostram procrastinare oportet, si non moribundum denunciare animus esset.

METHODUS MEDENDI.

Confilia tria curandi sunt,

I. Aquam evacuare.

II. Vigorem systematis amissam reddere.

III. Symptomatibus urgētibus succurrere.

I. 1. Per excretoria

a. Catharticis

b. Diureticis

c. Diaphoreticis

2. Per exitus ex arte confectos

a Epispasticis

b. Fonticulis

c. Puncturis

3. Absorbentium actionem augendo

a. Frictione

b. Vomitū

30 DE ANASARCA.

c. Electricitate

d. Tonicis universis

e. Pertinaci ab omni potu abstinentia

II. Diaeta plena

a. Exercitatione

b. Aëre puro et sicco

c. Cortice Peruviano

d. Ferro

e. Acido vitriolico

III. a. Venaefectione topica

b. Generali

Modus evacuationes augendi naturales, illi anteponendus recte videtur, quo artificiales mere excitantur, ac de variis medicamentorum classibus, quaeque strenue ut caeteris praestantior laudata fuit; verum enimvero, ut nulla earum omnibus circumstantiis morbi, aut unicuique habitui accommodata sit, de singulis agam. Quo medicamenta stricte sic dicta primae respondent indicationi, et dietae aegrotantis peculiaris ratio habenda est; hacce enim causa tela

tela posthabita, suppleri necesse est aquae collectio tam celeriter ac ulla pars absorbetur et excernitur; quapropter gelatinæ, juscula, ovā, aves præsertim ferae, cum carne quadrupedum leviorū, diaetam constituant. Vinum rubrum (*port vel claret*) Anglis dictum, forsitanque majori adhuc proprietate *Rhenanum*, utpote validum diureticum, liquor *gin-punch* dictus, nec non cerevisia illa *porter* dicta, si aegro ita placuerit, potus munere fungantur, ad sitim levandam, vimque corporis sustentandam. Fluidorum effectus ingestorum excretionesque accurate, si fieri potest, ad mensuram redigantur, effusionemque non crescere, si compertum fuerit, magis in fluidorum usu acquiescamus; at si contra, sitis tamarindis, malis aurantiis, similibusque linienda est, potusque quantitas diminuenda. Corpus calidum servare haud levis momenti erit; quem in finem vestimentis calidis utatur aeger, quae, sedativos frigoris effectus in superficiem praeveniendo, perspirationem promovent; lanceae vestes optime conveniunt.

niunt. Exercitatio sub dio, pro ratione vi-
rium aegrotantis, quotidie repetatur; aëris
ejus vi tonica multum adjuvabit; equita-
tio, et gestatio curru, ambulatione minus
defatigant; huic igitur praeferri debent,
currusque locum coeli opportunitatis sup-
plebit. Hisce praemissis, ad medicamenta
strictè sic dicta jam proprius attendamus.

Emetica—morbo recente, a frigore ducto origine, strenuissime indicantur; superficiem corporis versus expellendo, vel con- strictionem cutis relaxando, in diaphoresin promovent, corpusque universum stimula- lando, vigorem absorbentibus amissum re- stituunt; omni praeterea dubio caret, an quam hydropicam inter actionem vomendi ejectam, quandoque i fuisse *. Antimonii praeparationes ipecacuanha huic scopo bene convenient; verum enim vero, si, pauca dosibus propinatis, effectus expectationi nostrae non responderint, ab emeticis direc- tis abstineamus, eorumque qui eodem tem-

* Vid. London Medical Observations. Praelectio clinici Doctoris celeb. Rutherford, 1752.

pore alias secretiones promovent, periculum faciamus; huic generi referatur *radix scillae*; cujus eximias vires multoties expertus est primi subsellii clinicus ille Professor Home. Modus praeceptroris administrandi satis simplex est; ad grana duo vel tria scillarum siccatarum adduntur grana nitri quindecim, tantumque pulveris nucis moschatae; hoc in initio bis vel ter de die sumitur, paulatimque ad naufragium augetur, operi cujus futuram medicamenti dosin dirigamus. Diuresin pulchre promovet; praecipuum vero ejus effectum circa duodecimum diem, inducta vomitione, expectare licet; hoc enim modo viginti quatuor librae aquae in ascite saepe evomita fuerunt; si ita acciderit in hydropis hac specie, tam accurate quam post paracenthesin in ascite circumligandum est, paululumque vini, ad vires sustinendas, permittendum. Etsi illust. noster Home hujus medicinae in anasarca nunquam periculum fecerit, nullus tamen dubitat, quin, si fides analogiae habenda, effectus eisdem in hac, ac in altera

E. hydropis

hydropis specie, praeberet. Inquit praeterea, quod experimentum³ in anasarca certe fecisset, nisi incisiones multo magis expeditas, immo dissentientibus et si plerisque auctoribus, tutissimas quoque invenisset. Sed notandum est, systema torpidum hydropicorum, ad actionem iisdem medicamentorum evacuantium dosibus non excitari, quae in corpore sano vel in aliis morbis rem agerint; itaque, si vomitus tempore memorato non acciderit, eum antimoniali excitemus; si vero nobis hocce deficerit, medicina tamen nostra ad diuresin promovendam utamur. Verum, si nifus ad vomendum apparuerit, per infusum chamaemeli aut sinapis, vel tenuem albi vitrioli solutionem, incitetur, quod ultimum caeteris anteponendum appareat, quippe quod, praeter emeticam, vim quoque possidet tonicam ac roborantem. Haec medicamenta, debilitate magna, dyspnoea, lethargicisque vel apoplecticis symptomatibus non contraindicantibus, duorum vel trium dierum intervallo,

intervallo, una cum frictione et exercitatione assidua, repeti debent.

Cathartica.—Elaterium, gambogia, et draſtīca iis similia, raro aut nunquam, morbo tantum ineunte, niſi leniorum impotentiam in officio fungendo ſenſimus, adhibenda ſunt; etſi etenim, in initio morbi, robur corporis maxime praevaluerit, pauca tamen draſtica, extra modum corpus debilitando, ſpes futuras ab aliis medicamentorum classibus frustrarent *. Jalapio per ſe, aut tartari cremore et calomela mixto, noſtro judicio, pro directis catharticis uti debemus; forſitanque etiam quaedam mitiora, velut tremor tartari per ſe, omnibus ab aliis ſperatis convenient; verum enim vero fluxum urinae eodem tempore promoteat, ſi in aqua ſolutus foret; doſis ejus primo ad ſemunciam extendat, gradatimque ad unciam unam augeatur. Medicamentum hocce pri-

mo

* Et ubi fractae vires nocet vehemens per alvum purgatio; enim plus humoris e corpore ejicitur, eo major ipsius copia brevi in cavitates refluit. Mead, Monit. cap. 8.

mo nobis intulit Manghini *, posteaque eo optimo successu usus est celeberrimus Professor Home ; et ex ejus observationibus de eo †, et ab effectu ejus in conclave clinico nosocomii regii, credere inducor, quod aliis catharticis valde praestet, verissimileque videatur alio modo nonnunquam lagere ; enarratur enim ejus effectus anno millesimo septingentesimo septuagesimo octavo in aegrum quemdam, quo nulla spectata catharsis, sola ejus operatione ad diuresin restricta, sanavit. Nullum praetercas dubium manet, quin obstructions aperiendo aliquando operatur ‡. Manghinib[ea] effectus ab eo eisdem usu comp[re]dit ; etiamque in hujusmodi statu, in affectionem quasidocalem pendente, hincque insanabilis iudicato, mensuram urinae ab eo maxima ueritatem esse repertum fuit. Quamobrem, ut hosce duos veluti evacuandi modos simul connectit, haud dubio remedium nobismet magni pretii illatum fuit,

* Vid. Comment. Acad. Bonon. p. 260.

† Praelect. clinic. celeb. Home.

‡ Praelect. in Mat. Medic. 1711. n. 16. Belga.

et procul dubio experimento jure plerumque dignum. Sed non simulandum est, quod acidum vegetable, maximam partem ejus componente, debilitans et refrigerans evadit; quam propter causam aromatica materia, ad hosce effectus repugnandos, commisceri debet.* At si ad extremum proposito non congruerit, scaliis catharticis, antea memoratis, haud paroputamur.

Pilulae tonicae—In patriam hanc esse nuper invectae fuerunt, et las nonnullis rem practicam medicinae excentibus multum laudantur; ac, si fides in iis habenda sit, multum praestiterunt, melampodii extracto, gummi myrrhae, et cardui benedicti pulveri, compositionem debent; et beneficium ab iis interdum, nec empyricen exercendo, procul dubio acquiramus.

Diuretica.—Haecce maximi momenti sunt; ob eamque causam, summa in iis administrandis cautela requiritur; ex remediis plurimis in hoc morbo usitatis, mini-

mae

* Praelect. Mat. Med. celeb. Home.

mae exceptioni subjiciuntur; si nil profint, saltem innocua sunt, et in corporis statu debiliori, in iis haud sine ratione equidem ad acquiescendum coacti sumus.

Scillae radix.—De hisce jamjam ad aliam intentionem diximus; si in duplii proposito supra memorato parum succederint, iterum ad diuresin tententur promovendam: Nonnullis vero talis est idiosyncrasia, vel granum unum in ventriculo medicamenti hujuscem vix sustineant; multum vero in pilulis cum gentianæ radicis extracto formando praevertatur: Nec defunt medici, iisque periti, qui ad renes cum mercurio conjunctae sint, dirigi certius afferunt. Hocceque consilio duae pil. scill. phar. Edinens. partes cum una mercurialium commisceantur.

Cremor tartari.—Hujuscem effectus, quo ad diuresin catharsinve spectant, minori majorive aquae quantitati, in qua dissolutus fuerit, attribuendi sunt: Hoc igitur praemisso, ei potio tam aquae ad intentionem addatur, ut mole parva zingiberis nucis moschatae, vel cinnamomi, eventus ex vi
refrigerante

refrigerante evitentur, alvus non cieatur, diuresisque producatur; semuncia pro dosi, modo supra memorato, administraretur, per diemque saepissime, ut apte tolerari possit, non obstante catharsi, repetiretur; at, si tenellus erit aegrotus, divisis portionibus, intervallis aptissimis, sumi oportet.

Spiritus nitri dulcis—ad urinam promovendam satis idoneum videtur remedium; proculque dubio hic locum obtinere debet: Ex viginti ad guttas quinquaginta pro re nata repetitas adsumatur.

Colchicum—tempore ex illo quo primum Doctor Storckius tractatum suum in lucem edidit, apud nostrates in frequenti usu est, viribusque magnis praeditum videtur. Inter medicinam attamen exercentes, de vi ejus etiam adhuc moventur lites: Ei scillas longe anteponendas alii ducunt; dum alii vero, contrariam amplecti sententiam, illo maxime nituntur. Adhiberi potest vel per se, oxymellis forma, vel electarii crastitudinem tremori tartari adjunctum. Doctori Gregory, jam fatis abrepto inimicis, nulli

nulli etsi fama et secundo; valde arridebat haecce admisio. T'estatur eam frequentius feliori successu, remediorum alterutro superatim sumpto, usurpatam fuisse. Unum exemplum recensere juvat, quo, hydrope huicce jam cedente, pars una abcomponens subducebatur, ac aegrotus statim eodem manxit; sed, ea restituta, morbum penitus fugavit. Si quidem vero in omni exemplo diu retica haud passibus procedunt aequis, ea non deponenda censemus, priusquam etiam fallit alkalinis, acidis liquoris, vulgo punch dicti, et bacc. juniperi infusionis, periculum fecerimus.

Digitalis—non nullis sub inspectione celeberrimi Doctoris Hope, in Nofocomio prelio Edinensi nuper habitis experimentis, si quid constat, remedium esse potentissimum; in primordio vero morbi sumi debet; forma hactenus infusionis semper exhibita fuit.

Sudorifica.—Inter medicinae peritos plenumque convenit, haecce ex usu fore proberto, si habuissemus ea instituto quo adhibentur,

bentur, semper respondere; sed nobis cutis constrictionem, languidumque sanguinis motum in partibus externis, sudorem evocare valde difficile est; vixque ex illis quicquid speratum, nisi ab perspiratione impedita originem duxerit morbus, immo eodem tempore manente systematis vigore. In nosocomio autem regio, quo magis transpiratio per cutem augebatur, eo magis urinæ profluviu[m] augeri notavimus. Doctor Hamilton.

Electricitas.—Scintillæ quamplurimæ,

iterum atque iterum repetitæ, homini insulato demptæ, remedium valde probabile penitusque innocuum videntur, absorbendique vires eodem tempore augent; hujusmodi attamen potentissima sunt, quæ ad vomitionem inferendam etiamnum tendunt.

Pulvis Doveri—ad hoc vero præstandum, haud infimi nominis remedium videtur, et in hunc finem felici successu in nosocomio nostro usurpatus fuit, nec compositione sagendi modoque minus ex eo sperare possemus. Quoad formam, in bolum

crustulo farinario tenuissimo involutum redactus, aptissime sumpt videtur. *Antimonii præparationibus*, — quoque, testante Doctore Donald Monte celeb. nonnulla habenda est fides; namq; inquit ille, non modo ad cutim remittendam inserviunt, sed etiam alvam solvant, urinam augent. Horum medicamentorum operatio, balneo tepido forsitan adjuvaretur; arenae balneum, vel clibanus ab antiquis lusuripatum, etiam ex commode essent *. En generalis nostra methodus. Nobis met autem occasio saepe praebetur peculiaria quaedam animadvertendi, quae seu causæ agentia remotæ, ad artis normam tractandæ sunt; sic, si obstructio urinæ morbum intulisset, eadurinam moventia confugemus; si vero perspiratio impedita in causa sit, ab emeticis potius, sudorificisque suppetias peteremus; si alii non cedat morbus, a-

* Evocandus est sudor non per exercitationem tantum, sed etiam in arena calida, vel laconico vel clibano, similibusque aliis; maxime enim sunt utiles siccæ sudationes naturales; Vid. Celsus, lib. 3. cap. 24.

iii recurrentum, raroque pro insanabili habendus est, antequam illorum potentissimis usi sumus. Si vero indies malum, non obstante medicina, ingravescat, vel, priusquam medici consilium requiratur, ad summum usque gradum pervenerit; si tumoribus longe lateque extensis comitatum, inque texturam pulmonum cellularēm penetra verit; si dyspnoea periculosa jamjam illata fuerit, uel si partes tumidae rupturam minitent; aqua incisionibus caute abstrahatur. Parvulae igitur puncturae, spatio pollicis intermisso, scalpellos chirurgicos fiant, minus utpote periculum habentes, quam majores; insuper, majori numero saepiusque repeti, possint. Partes vero magis independentes primum non pungenda, ut gangraena probabilius fluidum serosum ex variis foraminibus, minore quantitate ac momento ducendo, quam intempestive totum semel detrahendo, evitabitur. Femora ideoque primo, caute evitatis nervis, vasisque sanguineis, pungenda sunt, partibusque superioribus frictione ac compressione

levi expurgatis, gradatim ad talos descendendum est; scuribus tuncce lanula circumvolutis, vulneribusque identidem ienitrali-^o qua materia inunctis, gangraenae exortum usu fomentationum adstringentium, cum camphorato vini spiritu, vinolirubro Lusitanico, intusque cortice Peruviano adhibitis, caute praecavemus: illo sive stixe munim.

Frictio. — Siquidem ad absorptionem augendam, dum calorem nativum restituendum tendit, assidue applicari debet; non nunquam etiam, interveniente materia aliqua oleosa, (oleo nempe cicutae, vel camphorato), quae laegri animum occupando, magisque morigerum praescriptioni credendo, multum prodeesse, imo etiam absorptioni plurimum favere potest, et quo minus abradatur cutis, plurimum valet. U

Annon frictio, cum materiis stimulantibus in nonnullis hujuscē morbi stadium, absorptionē promovendo, aliquo interveniente gradu febris, usui esse posset? Jam notavit etenim Doctor Alexander, de usu externo cantharidum differens, efficax me-
dicamentum
A.D. Excerptum ex I. Euseb.
T. 11. cap. 2. De Goyote Datura

dicamentum levadat, ^mpraecepit in omnibus
 affectionibus confirmatis, si frigidi, leuoco-
 phlegmatici generis, ubi naturalis calor ac
 circulatio defecerint; si quidem ejus ope,
 fervore ^minflammationemque artificialem
 in partibus hisce excitare possumus, quibus
 obstruktiones relinantur, ac absorptio chus-
 morum extra vasa effusorum promotea-
 tur*. ^mOletum hepatis aquatinae, in terris
 editis Scotiae, frequenter usum ruisse fertur,
 frictione in rachitide externa, eventuque
 prospero, et magis minusve usu ejus copio-
 so, quem febris gradum volunt, excitare pos-
 se ejusdem loci incolas; illud operandi hoc-
 ceque modo mederi †. Nonne hinc con-
 cludere dicit, aliquam parvam similitudi-
 nem, rachitidem inter et vanasarcain, adesse?
 Utrique debilitatis magnus inest gradus, ac
 nimia aquae copia in utro casu abundat,
 totumque systema afficitur; intervenienti-
 que febre, haud raro in sanitatem anasarca
 abit; idcirco in manibus forsitan disciplina
 ob regula Alexandri togo prae-
 dicta esse efficax vide

* Vid. Experimental Essays.

† Prael. celeb. Doctoris Duncan.

practica eruditorum, in nonnullis casibus, experimentum mereretur. Uſus indusii ac ex lanula ſubligaculorum praescribi debet, ac ſi aeger in frigido vel mādido aere vi- tam agat, in ſicciores, mitioresque regiones, demigrare oportet. Si medicamentorum jam memoratorum uſu, vel alia quacunque ratione, tumor hydropticus amoveatur, ſumma ope niti decet ne recurrat morbus; idcirco praecōculos habenda est, ut uolat.

Indicatio secunda; novam nempe praeca vere accumulationem*. Admonitiones de cibo, potu, acbie exercitatione jam traditae, hicce ad ſanguinem obſervandae ſunt; a prorſus enim necessariae ſunt, minorem queq; haud medicamentorum partem efficiunt; et ſi in conſilia hifce de rebus antedictis ſunt, ſed in conſilia de progradienda, ſimiliter.

* At vero praeceteris ſerio animadvertendum est, quod, quoties hunc morbum ſolis corroborantibus, vel etiam lixivialibus, aggredimur, aeger nullo modo expurgandus eſt, ſive mitiori, ſive fortiori quocumque pharmaco, tantisper dum ſanguinis corroborationi navatur opera.

SYDENI

anatomico

dicta, ad tonum recuperandum, haud omitti queunt; hic attamen repetitione haud opus esse arbitramur. Longis vero intervallis, lene emeticum (nostra quidem sententia) adhibere convenit; multumque, ni fallor, proderit, non solum seu exercitationis species, verum etiam partis alicujus effusionis occultae, quae adesse arbitraretur, absorptionem promovendo. Diuretica inter usum refoventium frequentius adhiberi licet.

Cortex Peruvianus—tonica inter eminet, votisque semper respondet, satisque innoxius est. Quo magis attamen emolumentum ex eo speramus, tanto magis, in substantia, portionibus largis saepe saepius, que repetitis, exhibere debemus; eodemque tempore quo evacuantia, licet modo exhibendi solito repugnet, alternatimve cum illis praescribatur, existimamus. Vimum rubrum vel Lusitanicum, utpote quam aqua majori vi tonica praeditum, ad corticem vehendum ergo longe anteponen-dum.

Chalybeata.

Chalybeata.—Haec saepe multum profundunt, simulque vel alternatim cum cortice adhiberi possunt. Variae a variis auctoribus ferri praeparationes, sicuti caeteris anteponendae, collaudatae fuerunt; attamen sal martis, viride vel vitriolum, tinctura martis, cum limatura ferri praeparata, nunc nec immerto palmam omnibus jaliis praeripere videntur.

Acidum vitriolicum—eodem animo quo cortex vel chalybs usurpare licet, et fere una cum iis adhibetur; vires ejus tonicae omnibus adeo innotescunt, ut de illo tanquam de caeteris parum dici restat.

Mutatio coeli—quamvis vi tonica stricte loquendo nequaquam pollet, attamen (neminem enim opinor fugit, quot quantasque in corpore mutationes animus efficere valet) novarum insolitarumque idearum series, ex ea orta, una cum exercitatione literatorandi, eam nostra attentione nec immerto dignam reddunt. Ad fontes iter medicinales aegrotus tendat, utilice hilaritas praesidet, resque opportuna gaudent.

in A-
quarum

quarum etiam mineralium potatio, praesertim si chalybeata, in substantia adhibita, nauseam creaverint, ex commodo essent, et quibusvis aromaticis, vel vino, palato eas gratas reddendi causa, admiscere licet.

Balneum frigidum. Lavatione in aqua frigida marina, capto tempore anni, forsan feliciter uteremur; sed semper caute, nec antequam aegrotus quemdam virium gradum recuperaverit, me judice, adhiberi debet. Et cetera sibi similes licet collera vel clypeus limbatus illicet.

Levis compressio, erubibus ac abdomini admota, firmitudinem etiam tonumque solidis praebet. Indicationem tertiam omnino ad venae sectionem topicam vel generalem restrinximus, ut super aquae per puncturas extractione, jam fuse dictum fuit. Symptomata urgentia, quae sanguinis emissioni faveant, ut nobis liquet, ad laesam respirationem malis localibus stiptam, referenda sunt. Quamobrem, ut res magni momenti sit, oculos nostros ad eam modo invertamus. Effectus sanguinis missionis, non in tempore, quicunqueisque morbis, mutatur.

diligenter animo versari, priusquam absolvatur, oportet; plusque in hujuscemodi morbis, quam in aliis, cautela, opus est. Si habitu plethorico guadeat aeger, viribus haud admodum fractis, si urgeat ingens dyspnoea, vel affectione topica comitata, quae anasarcam intulisse suspicaretur, et si morbus non longe proiectus erit, primum quid episistica ad haec symptomata fedanda facere possint, experiamur; et si votis non respondeant, sanguinem mittere modo topico, vel hirudinibus, vel scarificationibus, progrediamur; et ad generationem de brachio sanguinis detractionem, omnibus aliis modis parum succendentibus, tandem configiendum est. Quantitas, uno tempore vel hocce vel modo alio emissâ, parva debet esse, quippe ad libitum repeti potest; tametsi enim morbus subito irrumperit, crasis sanguinis longa ejus duratione admodum laedatur. Si hydropticus (ait Hippocrates) difficulter spiraverit, et tempus vernum fuerit, et simul aetas viguerit, et virium robur radit, Hde brachiis fanguinem.

sanguinem detrahere oportet." Ægineta etiam haec verba habet: "Curantis initium facimus in anasarca ab evacuatione per venae sectionem, maxime si ob haemorrhoidum aut menstruae purgationis suppressionem confitata fuerit affectio:" Vobis vero nimium non credendum est speciei sanguinis jam detracti: tametsi enim autores asseruerunt, sanguinem in hocce morbo detractum tunicam crassam semper habere; accurato tamen experimento, hancce tunicam tantam quantitatem materiae coagulabilis in se continere, quantam sanguis in morbo inflammatorio detractus, nequaquam constat*. Ubi convaluit aliquis, diu tamen alienus ei veneris usus fit†.

Hocce opusculo nunc tandem ad finem perduto, nihil mihi restat, praeterquam gratias quam maximas agere doctissimis Praeceptoribus meis; omnibusque aliis in hacce alma academia, a quibus mihi continet git
* Vid. Hay's Experiments on the blood.
† Vid. Principia Medicinae ab illustr. Home.

git erudiri. Ac, quamvis eheu ! mihi nunquam erit voluptas eos amplius revisandi, tamen infinita beneficia in me collata, dum illis auspiciibus medicinae studio animum adhibui, ex pectore umero nunquam dilabentur.

D. GUILIELMI ROBERTSONI,
ACADEMIAE DIVINARUM PRÆFECTI;
INE NON
ADMISSUS SENATUS ACADEMICI CONVENTU
PRO DOCTORATIS MEDICAE DECESIO;
SUMMISSUS IN MEDICINA MONSTRANS ET PRAEFLIGENS
KALAS ET INGENITUM CONSIDERANS; F. N. I. S.
EXAMINATIO STUDIORUM PUBLICA;

JACOBUS ARMISTAD
BRITANNUS

202. అంబుల్ ఎడిషన్ బామ్ గ్రండ్

W. H. Mulligan and J. C. Gledhill

E D E N B U B C A

THE BATTLE OF SMOKEY MOUNTAIN

Academy of Photographic